NOUVELLE REVUE THÉOLOGIQUE

87 Nº 1 1965

Décret sur les Églises orientales catholiques. Texte latin et traduction française

ACTES DU CONCILE

p. 66 - 79

https://www.nrt.be/en/articles/decret-sur-les-eglises-orientales-catholiques-texte-latin-et-traduction-francaise-1510

Tous droits réservés. © Nouvelle revue théologique 2026

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

UNA CUM SACROSANCTI CONCILII PATRIBUS AD PERPETUAM REI MEMORIAM

DECRETUM
DE ECCLESIIS ORIENTALIBUS CATHOLICIS

PROOEMIUM

1. Orientalium Ecclesiarum instituta, ritus liturgicos, traditiones ecclesiasticas atque vitae christianae disciplinam Ecclesia catholica magni facit. In eis enim, utpote veneranda antiquitate praeclaris, elucet ea quae ab Apostolis per Patres est traditio[1], quaeque partem constituit divinitus revelati atque indivisi universae Ecclesiae patrimonii. Ecclesiarum igitur Orientalium, quae huius traditionis testes sunt vivi, sollicitudinem gerens, haec Sancta et Oecumenica Synodus cupiens ut eaedem floreant et novo robore apostolico concreditum sibi munus absolvant, praeter ea quae ad universam spectant Ecclesiam, capita quaedam statuere decrevit, ceteris ad providentiam Synodorum orientalium nec non Sedis Apostolicae remissis.

DE ECCLESIIS PARTICULARIBUS SEU RITIBUS

2. Sancta et catholica Ecclesia, quae est corpus Christi Mysticum, constat ex fidelibus, qui eadem fide, iisdem sacramentis et eodem regimine in Spiritu Sancto organice uniuntur, quique in varios coetus hierarchia iunctos coalescentes, particulares Ecclesias seu ritus constituunt. Inter eas mirabilis viget communio, ita ut varietas in Ecclesia nedum eiusdem noceat unitati, eam potius declarat ; Ecclesiae enim catholicae hoc propositum est, ut salvae et integrae maneant uniuscuiusque particularis Ecclesiae seu ritus traditiones, eademque pariter vult suam vitae rationem aptare variis temporum locorumque necessitatibus[2].

3. Huiusmodi particulares Ecclesiae, tum Orientis tum Occidentis, licet ritibus, ut aiunt, nempe liturgia, ecclesiastica disciplina et patrimonio spirituali partim inter se differant, aequali tamen modo concreduntur pastorali gubernio Romani Pontificis, qui Beato Petro in primatu super universam Ecclesiam divinitus suc-

---

N.B. — Le texte latin est emprunté à *L'Oss. Rom.* du 29 nov. 1964, pp. 1-2. La traduction française est celle qu'a publiée *L'Oss. Rom.*, édit. hebd. française, du 4 déc. 1964. Ce décret a été adopté par 2110 *placet* contre 39 *non placet*.

1. Leo XIII, Litt. Ap. *Orientalium dignitas*, 30 nov. 1894, in Leonis XIII Acta, vol. XIV, pp. 201-202.

2. S. Leo IX, Litt. *In terra pax*, an. 1053 : « Ut enim » ; Innocentius III, Synodus Lateranensis IV, an. 1215, cap. IV : « Licet Graecos » ; Litt. *Inter quatuor*, 2 aug. 1206 : « Postulasti postmodum » ; Innocentius IV, Ep. *Cum de cetero*, 27 aug. 1247 ; Ep. *Sub catholicae*, 6 mart. 1254, proem. ; Nicolaus III, Instructio

PAUL, EVEQUE,
SERVITEUR DES SERVITEURS DE DIEU

AVEC LES PERES DU SAINT CONCILE, POUR LA PERPETUELLE MEMOIRE DE LA CHOSE

DECRET
SUR LES EGLISES ORIENTALES CATHOLIQUES

INTRODUCTION

1. Les institutions, les rites liturgiques, les traditions ecclésiastiques et la discipline chrétienne des Eglises Orientales sont l'objet d'une grande estime de la part de l'Eglise Catholique. Car dans ces Eglises illustres pour leur vénérable ancienneté brille la tradition[1] qui vient des Apôtres à travers les Pères et constitue une part de la révélation divine et du patrimoine indivis de l'Eglise universelle. Ce Saint Concile Oecuménique, dans sa sollicitude pour les Eglises Orientales qui sont les témoins vivants de cette tradition, désirant qu'elles soient florissantes et puissent remplir la charge qui leur incombe avec une nouvelle vigueur apostolique, a décidé de fixer, à côté des décisions qui regardent l'Eglise Universelle, quelques points particuliers, les autres étant remis à la décision des Synodes orientaux et du Siège Apostolique.

DES EGLISES PARTICULIERES OU RITES

2. La Sainte Eglise catholique, qui est le corps mystique du Christ, est constituée des fidèles qui sont unis organiquement dans l'Esprit Saint par la même foi, les mêmes sacrements et le même gouvernement, et qui s'agrégeant en diverses communautés, dont la hiérarchie assure la cohésion, constituent des Eglises particulières ou rites. Il existe entre elles une admirable communion, telle que la variété dans l'Eglise ne nuit pas à son unité mais plutôt la manifeste. En effet, c'est la volonté de l'Eglise catholique de sauvegarder dans leur intégrité les traditions de chacune des Eglises particulières ou rites, et elle veut pareillement adapter sa manière de vivre aux nécessités diverses des temps et des lieux[2].

3. Ces Eglises particulières, aussi bien d'Orient que d'Occident, diffèrent partiellement entre elles par ce qu'on appelle les rites, c'est-à-dire la liturgie, la discipline ecclésiastique et le patrimoine spirituel, mais elles sont également confiées au gouvernement pastoral du Pontife Romain qui, par disposition divine,

---

Istud est memoriale, 9 oct. 1278 ; Leo X, Litt. Ap. *Accepimus nuper*, 18 maii 1521 ; Paulus III, Litt. Ap. *Dudum*, 23 dec. 1534 ; Pius IV, Const. *Romanus Pontifex*, 16 febr. 1564, § 5 ; Clemens VIII, Const. *Magnus Dominus*, 23 dec. 1595, § 10 ; Paulus V, Const. *Solet circumspecta*, 10 dec. 1615, § 3 ; Benedictus XIV, Ep. Enc. *Demandatam*, 24 dec. 1743, § 3 ; Ep. Enc. *Allatae sunt*, 26 iun. 1755, §§ 3, 6-19, 32 ; Pius VI, Litt. Enc. *Catholicae communionis*, 24 maii 1787 ; Pius IX, Litt. *In suprema*, 6 ian. 1848, § 3 ; Litt. Ap. *Ecclesiam Christi*, 26 nov. 1853 ; Const. *Romani Pontificis*, 6 ian. 1862 ; Leo XIII, Litt. Ap. *Praeclara*, 30 iun. 1894, n. 7 ; Litt. Ap. *Orientalium dignitas*, 30 nov. 1894, proem. ; etc.

cedit. Eaedem proinde pari pollent dignitate ita ut nulla earum ceteris praestet ratione ritus, atque iisdem fruuntur iuribus et tenentur obligationibus, etiam quod attinet ad Evangelium praedicandum in universum mundum (cfr *Mc.* 16, 15), sub moderamine Romani Pontificis.

4. Provideatur igitur ubique terrarum tuitioni atque incremento omnium Ecclesiarum particularium ac propterea constituantur paroeciae atque propria hierarchia, ubi id postulat bonum spirituale fidelium. Hierarchae vero variarum Ecclesiarum particularium in eodem territorio iurisdictionem obtinentes, curent, collatis consiliis in periodicis conventibus, unitatem actionis fovere, et, viribus unitis, communia adiuvare opera, ad bonum religionis expeditius promovendum et cleri disciplinam efficacius tuendam [3]. Clerici omnes et ascendentes ad ordines sacros bene instruantur de ritibus et praesertim de normis practicis in materiis interritualibus, imo et laici in institutione catechetica de ritibus eorumque normis doceantur. Omnes denique et singuli catholici, necnon baptizati cuiusvis Ecclesiae vel communitatis acatholicae ad plenitudinem communionis catholicae convenientes, proprium ubique terrarum retineant ritum eumque colant et pro viribus observent [4] ; salvo iure recurrendi ad Sedem Apostolicam in casibus peculiaribus personarum, communitatum, vel regionum, quae, uti suprema relationum interecclesialium arbitra, providebit necessitatibus in spiritu oecumenico, ipsa vel per alias auctoritates, datis opportunis normis, decretis vel rescriptis.

DE SPIRITUALI ECCLESIARUM ORIENTALIUM PATRIMONIO SERVANDO

5. Historia, traditiones et plurima ecclesiastica instituta praeclare testantur quantopere de universa Ecclesia Orientales Ecclesiae meritae sint [5]. Quapropter Sancta Synodus patrimonium hoc ecclesiasticum et spirituale non solum aestimatione debita et iusta laude prosequitur, sed etiam tamquam patrimonium universae Christi Ecclesiae firmiter considerat. Quamobrem sollemniter declarat, Ecclesias Orientis sicut et Occidentis iure pollere et officio teneri se secundum proprias disciplinas peculiares regendi, utpote quae veneranda antiquitate commendentur, moribus suorum fidelium magis sint congruae atque ad bonum animarum consulendum aptiores videantur.

6. Sciant ac pro certo habeant omnes Orientales, se suos legitimos ritus liturgicos suamque disciplinam semper servare posse et debere, ac nonnisi ratione proprii et organici progressus mutationes inducendas esse. Haec omnia, igitur, maxima fidelitate ab ipsis Orientalibus observanda sunt ; qui quidem harum rerum cognitionem in dies maiorem usumque perfectiorem acquirere debent et, si ab iis ob temporum vel personarum adiuncta indebite defecerint, ad avitas

---

3. Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 4.
4. Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 8 : « sine licentia Sedis Apostolicae », sequendo praxim saeculorum praecedentium ; item quoad

succède à Saint Pierre dans la primauté sur l'Eglise universelle. Par conséquent, elles sont égales en dignité et aucune d'entre elles ne l'emporte sur les autres en raison du rite, elles jouissent des mêmes droits et sont tenues aux mêmes obligations, même en ce qui concerne le devoir de prêcher l'Evangile dans le monde entier (cfr *Mc* 16, 15), sous la conduite du Pontife Romain.

4. On pourvoira donc partout à la conservation et au développement de toutes les Eglises particulières et, à cette fin, on créera des paroisses et une hiérarchie qui leur soit propre lorsque le bien spirituel des fidèles le demande. D'autre part, les hiérarques des différentes Eglises particulières qui ont juridiction sur un même territoire veilleront, en échangeant leurs avis dans des rencontres périodiques, à favoriser l'unité d'action et à unir leurs forces pour aider des œuvres communes en vue de promouvoir plus aisément le bien de la religion et de maintenir plus efficacement la discipline du clergé [3]. Tous les clercs et ceux qui entrent dans les ordres sacrés seront bien instruits des rites et, singulièrement, des règles pratiques dans les matières interrituelles, et les laïcs, eux aussi, recevront au catéchisme un enseignement sur les rites et leurs normes. En outre, tous les catholiques et chacun d'eux, ainsi que les baptisés de quelque Eglise ou communauté non catholique que ce soit qui viennent à la plénitude de la communion catholique garderont partout leur propre rite, le suivront et l'observeront dans la mesure du possible [4] ; étant sauf le droit de recourir au Siège Apostolique, dans les cas particuliers relatifs aux personnes, aux communautés ou aux régions ; celui-ci, en tant qu'arbitre suprême des relations inter-ecclésiales, pourvoira aux besoins, en esprit œcuménique, soit par lui-même ou par d'autres autorités, en donnant les normes, décrets ou rescrits opportuns.

DU MAINTIEN DU PATRIMOINE SPIRITUEL DES EGLISES ORIENTALES

5. L'histoire, les traditions et la plupart des institutions ecclésiastiques attestent hautement combien les Eglises Orientales ont mérité de l'Eglise universelle [5]. Aussi le Saint Concile entoure ce patrimoine ecclésiastique et spirituel de l'estime qui lui est due et des louanges qu'il mérite à bon droit ; mais de plus il le considère fermement comme le patrimoine de toute l'Eglise du Christ. Il déclare donc solennellement que les Eglises de l'Orient aussi bien que de l'Occident ont le droit et le devoir de se régir selon leurs propres disciplines particulières, puisque, en effet, elles se recommandent par leur antiquité vénérable, elles sont plus adaptées aux habitudes de leurs fidèles et plus aptes à procurer, semble-t-il, le bien des âmes.

6. Tous les Orientaux doivent savoir avec pleine certitude qu'ils peuvent et doivent toujours garder leurs rites liturgiques légitimes et leur discipline et ne pas introduire de changements si ce n'est pour le motif d'un progrès propre et organique. Les Orientaux eux-mêmes doivent donc observer tous ces éléments avec la plus grande fidélité ; ils doivent, certes, en acquérir une connaissance chaque jour plus grande et une pratique plus parfaite et, si sous l'action du

---

baptizatos acatholicos in can. 11 habetur : « ritum quem maluerint am plecti possunt » ; in textu proposito disponitur modo positivo observantia ritus pro omnibus et ubique terrarum.

5. Cfr Leo XIII, Litt. Ap. *Orientalium dignitas,* 30 nov. 1894 ; Ep. Ap. *Praeclara gratulationis,* 20 iun. 1894, et documenta in nota 2 allata.

traditiones redire satagant. Illi vero qui ratione sive muneris, sive apostolici ministerii frequens cum Orientalibus Ecclesiis aut cum earum fidelibus habeant commercium, in cognitione et cultu rituum, disciplinae, doctrinae, historiae atque indolis Orientalium accurate, pro gravitate officii quod gerunt, instituantur [6]. Religionibus vero et associationibus latini ritus, quae in regionibus orientalibus vel inter fideles orientales operam praestant, enixe commendatur, ut, ad maiorem apostolatus efficaciam, domos aut etiam provincias orientalis ritus, quantum fieri potest, constituant [7].

DE PATRIARCHIS ORIENTALIBUS

7. Ab antiquissimis temporibus in Ecclesia viget institutio patriarchalis, iam a primis Synodis Oecumenicis agnita [8].

Nomine vero Patriarchae orientalis venit episcopus, cui competit iurisdictio in omnes episcopos, haud exceptis metropolitis, clerum et populum proprii territorii vel ritus, ad normam iuris et salvo primatu Romani Pontificis [9].

Ubicumque Hierarcha alicuius ritus extra fines territorii patriarchalis constituitur, manet aggregatus hierarchiae patriarchatus eiusdem ritus ad normam iuris.

8. Patriarchae Ecclesiarum Orientalium, licet alii aliis tempore posteriores, omnes tamen aequales sunt ratione dignitatis patriarchalis, salva inter eos praecedentia honoris legitime statuta [10].

9. Secundum antiquissimam Ecclesiae traditionem, singulari honore prosequendi sunt Ecclesiarum Orientalium patriarchae, quippe qui suo quisque patriarchatui tamquam pater et caput praesint.

Ideo statuit haec Sancta Synodus, ut eorum iura atque privilegia instaurentur, iuxta antiquas traditiones uniuscuiusque Ecclesiae et Synodorum Oecumenicarum decreta [11].

Haec autem iura et privilegia sunt illa, quae tempore unionis Orientis et Occidentis viguerunt, etsi ad hodiernas conditiones aliquantum aptanda sint.

Patriarchae cum suis synodis superiorem constituunt instantiam pro quibusvis negotiis patriarchatus, non secluso iure constituendi novas eparchias atque nominandi episcopos sui ritus intra fines territorii patriarchalis, salvo inalienabili Romani Pontificis iure in singulis casibus interveniendi.

---

6. Cfr Benedictus XV, Motu proprio *Orientis catholici*, 15 oct. 1917 ; Pius XI, Litt. Enc. *Rerum orientalium*, 8 sept. 1928, etc.

7. Praxis Ecclesiae catholicae temporibus Pii XI, Pii XII, Ioannis XXIII motum hunc abunde demonstrat.

8. Cfr Synodum Nicaenam I, can. 6 ; Constantinopolitanam I, can. 2 et 3 ; Chalcedonensem, can. 28 ; can. 9 ; Constantinopolitanam IV, can. 17 ; can. 21 ; Lateranensem IV, can. 5 ; can. 30 ; Florentinam, Decr. pro Graecis ; etc.

9. Cfr Synodum Nicaenam I, can. 6 ; Constantinopolitanam I, can. 3 ; Constan-

temps ou des hommes, ils les ont abandonnées indûment, ils doivent faire effort pour revenir aux traditions ancestrales. Par ailleurs, ceux que leur fonction ou ministère apostolique met en relations fréquentes avec les Eglises Orientales ou avec les fidèles de ces dernières doivent être instruits avec soin dans la connaissance et le respect des rites, de la discipline, de l'enseignement, de l'histoire et du génie des Orientaux, selon l'importance de l'office auquel ils s'emploient [6]. On recommande vivement aux Ordres et Congrégations religieuses de rite latin qui déploient leur activité dans les pays d'Orient ou parmi des fidèles orientaux de créer, en vue d'une plus grande efficacité apostolique, des maisons et même des provinces de rite oriental, dans la mesure du possible [7].

DES PATRIARCHES ORIENTAUX

7. Depuis les temps les plus reculés est en vigueur dans l'Eglise l'institution du Patriarcat, reconnue déjà par les premiers Conciles Oecuméniques [8].

Le nom de Patriarche oriental est donné à un évêque qui a la juridiction sur tous les évêques, y compris les métropolites, sur le clergé et le peuple d'un territoire ou d'un rite particulier selon les normes du droit et restant sauve la primauté du Pontife Romain [9].

En tous les endroits situés hors des limites du territoire patriarcal où un Hiérarque de quelque rite que ce soit est établi, il demeure agrégé à la hiérarchie du Patriarcat de ce rite selon les normes du droit.

8. Les Patriarches des Eglises Orientales, bien que certains soient plus récents que d'autres, sont tous égaux sous l'aspect de la dignité patriarcale, restant sauve la préséance d'honneur légitimement établie entre eux [10].

9. Selon une tradition très ancienne de l'Eglise, des honneurs particuliers doivent être attribués aux patriarches des Eglises Orientales, eux qui président, chacun à son patriarcat respectif, comme père et chef.

Aussi ce Saint Concile a décidé que leurs droits et privilèges devront être restaurés, selon les traditions les plus anciennes de chacune des Eglises et les *décrets des Conciles Oecuméniques* [11].

Ce sont les droits et privilèges qui furent en vigueur à l'époque de l'union de l'Orient et de l'Occident, même s'il faut les adapter quelque peu aux conditions actuelles.

Les Patriarches avec leurs synodes constituent l'instance supérieure pour toutes les affaires du patriarcat, sans exclure le droit d'instituer de nouvelles éparchies et de nommer les évêques de leur rite à l'intérieur des limites du territoire patriarcal, restant sauf le droit inaliénable du Pontife Romain d'intervenir en tous les cas, ceux-ci étant considérés individuellement.

---

tinopolitanam IV, can. 17 ; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, can. 216, § 2, 1°.

10. In Synodis Oecumenicis : Nicaena I, can. 6 ; Constantinopolitana I, can. 3 ; Constantinopolitana IV, can. 21 ; Lateranensi IV, can. 5 ; Florentina, decr. pro Graecis, 6 iul. 1439, § 9. Cfr Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 219, etc.

11. Cfr supra, nota 8.

10. Quae de Patriarchis sunt dicta, valent etiam, ad normam iuris, de Archiepiscopis maioribus, qui universae cuidam Ecclesiae particulari seu ritui praesunt [12].

11. Cum institutum patriarchale in Ecclesiis Orientalibus sit forma regiminis traditionalis, Sancta et Oecumenica Synodus exoptat ut, ubi opus sit, novi erigantur patriarchatus, quorum constitutio Synodo Oecumenicae vel Romano Pontifici reservatur [13].

DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

12. Veterem disciplinam de sacramentis apud Orientales Ecclesias vigentem, itemque praxim quae ad eorum celebrationem et ministrationem spectant, Sancta Oecumenica Synodus confirmat et laudat, et, si casus ferat, exoptat ut eadem instauretur.

13. Disciplina de ministro S. Chrismatis inde ab antiquissimis temporibus apud Orientales vigens plene instauretur. Idcirco presbyteri hoc sacramentum conferre valent, adhibito Chrismate a patriarcha vel episcopo benedicto [14].

14. Presbyteri omnes orientales hoc sacramentum, sive una cum Baptismo sive separatim, valide conferre possunt omnibus fidelibus cuiusvis ritus, latino haud excluso, servatis ad liceitatem praescriptis iuris tum communis tum particularis [15]. Presbyteri quoque latini ritus, secundum facultates quibus gaudent circa ministrationem huius sacramenti, valent illud etiam fidelibus Ecclesiarum Orientalium ministrare, sine praeiudicio ritui, servatis quoad liceitatem praescriptis iuris sive communis sive particularis [16].

15. Fideles obligatione tenentur diebus dominicis et festis interesse divinae liturgiae aut, iuxta praescripta vel consuetudinem proprii ritus, celebrationi divinarum laudum [17]. Quo facilius fideles hanc obligationem adimplere valeant, statuitur tempus utile, pro hoc praecepto adimplendo, decurrere inde a vesperis vigiliae usque ad finem diei Dominicae vel festi [18]. Enixe commendatur fidelibus.

---

12. Cfr Synodum Ephesinam, can. 8 ; Clemens VII, *Decet Romanum Pontificem*, 23 febr. 1596 ; Pius VII, Litt. Ap. *In universalis Ecclesiae*, 22 febr. 1807 ; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 324-327 ; Syn. Carthaginen., an. 419, can. 17.

13. Syn. Carthaginen., an. 419, can. 17 et 57 ; Chalcedonensis, an. 451, can. 12 ; S. Innocentius I, Litt. *Et onus et honor*, a. c. 415 : « Nam quid sciscitaris » ; S. Nicolaus I, Litt. *Ad consulta vestra*, 13 nov. 866 : « A quo autem » ; Innocentius III, Litt. *Rex regum*, 25 febr. 1204 ; Leo XII, Const. Ap. *Petrus Apostolorum Princeps*, 15 aug. 1824 ; Leo XIII, Litt. Ap. *Christi Domini*, an. 1895 ; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati*, 2 iun. 1957, can. 159.

14. Cfr Innocentius IV, Ep. *Sub catholicae*, 6 mart. 1264, § 3, n. 4 ; Syn. Lugdunensis II, an. 1274 (professio fidei Michaelis Palaeologi Gregorio X oblata) ; Eugenius IV, in Syn. Florentina, Const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 11 ; Clemens VIII, Instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595 ; Benedictus XIV, Const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § II, n. 1, § III, n. 1, etc. ; Synodus Laodicena, an.

10. Ce qui a été dit des Patriarches vaut également, selon les normes du droit, pour les Archevêques majeurs qui président à tout l'ensemble d'une Eglise ou rite particulier [12].

11. Comme l'institution patriarcale dans les Eglises Orientales est la forme traditionnelle de gouvernement, le Saint Concile œcuménique souhaite que, là où c'est nécessaire, de nouveaux patriarcats soient érigés, l'institution en étant réservée au Concile œcuménique ou au Pontife Romain [13].

DE LA DISCIPLINE DES SACREMENTS

12. Le Saint Concile Oecuménique confirme et approuve l'ancienne discipline des sacrements en vigueur dans les Eglises Orientales et la pratique qui en concerne la célébration et l'administration, et, si le cas le réclame, il souhaite qu'elle soit rétablie.

13. La discipline relative au ministre du Saint Chrême en vigueur depuis les temps les plus anciens chez les Orientaux sera totalement rétablie. Ainsi les prêtres peuvent administrer ce sacrement, en utilisant le chrême bénit par le patriarche ou l'évêque [14].

14. Tous les prêtres orientaux peuvent administrer validement ce sacrement avec le Baptême ou séparément, à tous les fidèles de quelque rite que ce soit, sans excepter le rite latin, restant sauves les prescriptions du droit général et du droit particulier relatives à la licéité [15]. Et les prêtres de rite latin aussi, selon les facultés dont ils jouissent quant à l'administration de ce sacrement, peuvent l'administrer même aux fidèles des Eglises Orientales, mais sans, pour autant, préjuger du rite, et restant sauves les prescriptions du droit général et du droit particulier relatives à la licéité [16].

15. Les fidèles sont tenus à assister, les dimanches et jours de fête, à la divine liturgie ou, selon les prescriptions ou la coutume de leur propre rite, à la célébration des divines louanges [17]. Afin que les fidèles aient plus de facilité pour remplir cette obligation, il est établi que le temps durant lequel on peut satisfaire au précepte court depuis les vêpres de la veille jusqu'à la fin du dimanche ou du

---

347/381, can. 48 ; Syn. Sisen. Armenorum, an. 1342 ; Synodus Libanen. Maronitarum, an. 1736, P. II, Cap. III, n. 2, et aliae Synodi particulares.

15. Cfr S. C. S. Officii, Instr. (ad Ep. Scepusien.), an. 1783 ; S. C. de Prop. Fide (pro Coptis), 15 mart. 1790, n. XIII ; Decr. 6 oct. 1863, C, a ; S. C. pro Eccl. Orient., 1 maii 1948 ; S. C. S. Officii, resp. 22 apr. 1896 cum litt. 19 maii 1896.

16. CIC, can. 782, § 4 ; S. C. pro Eccl. Orient., Decretum *« de Sacramento Confirmationis administrando etiam fidelibus orientalibus a presbyteris latini ritus, qui hoc indulto gaudeant pro fidelibus sui ritus »*, 1 maii 1948.

17. Cfr Syn. Laodicen., an. 347/381, can. 29 ; S. Nicephorus CP., cap. 14 ; Syn. Duinen. Armenorum, an. 719, can. 31 ; S. Theodorus Studita, sermo 21 ; S. Nicolaus I, Litt. *Ad consulta vestra*, 13 nov. 866 : « In quorum Apostolorum » ; « Nos cupitis » ; « Quod interrogatis » ; « Praeterea consulitis » ; « Si die Dominico » ; et Synodi particulares.

18. Novum quid, saltem ubi viget obligatio audiendi S. Liturgiam ; ceterum **cohaeret diei liturgicae apud Orientales.**

ut his diebus, imo frequentius ac vel etiam quotidie, Sacram Eucharistiam suscipiant [19].

16. Ob quotidianam permixtionem fidelium diversarum particularium Ecclesiarum in eadem regione vel territorio orientali, facultas presbyterorum cuiuscumque ritus excipiendi confessiones, a propriis hierarchis rite et sine ulla restrictione concessa, ad totum territorium extenditur concedentis necnon ad loca et fideles cuiuscumque ritus in eodem territorio, nisi hierarcha loci, quoad loca sui ritus, expresse renuerit [20].

17. Ut antiqua sacramenti Ordinis disciplina in Ecclesiis Orientalibus iterum vigeat, exoptat haec Sancta Synodus, ut institutum diaconatus permanentis, ubi in desuetudinem venerit, instauretur [21]. Quoad subdiaconatum vero et Ordines inferiores eorumque iura et obligationes, provideat Auctoritas legislativa uniuscuiusque Ecclesiae particularis [22].

18. Ad praecavenda matrimonia invalida, cum catholici orientales cum acatholicis orientalibus baptizatis matrimonium ineunt, et ad consulendum nuptiarum firmitati et sanctitati nec non domesticae paci, Sancta Synodus statuit formam canonicam celebrationis pro his matrimoniis obligare tantum ad liceitatem ; ad validitatem sufficere praesentiam ministri sacri, servatis aliis de iure servandis [23].

DE CULTU DIVINO

19. Dies festos pro omnibus Ecclesiis Orientalibus communes in posterum constituere, transferre aut supprimere unius est Synodi Oecumenicae vel Sedis Apostolicae. Dies vero festos pro singulis Ecclesiis particularibus constituere, transferre aut supprimere, praeter Apostolicam Sedem, competit Synodis patriarchalibus aut archiepiscopalibus, debita tamen ratione habita totius regionis, ceterarumque Ecclesiarum particularium [24].

20. Donec perveniatur ad optatam inter omnes christianos conventionem de unico die, quo festivitas Paschatis ab omnibus celebretur, interim ad unitatem inter christianos in eadem regione vel natione degentes fovendam, Patriarchis vel Supremis in loco Auctoritatibus committitur, ut, unanimi consensu et collatis consiliis cum iis quorum interest, de festo Paschatis eadem die Dominica celebrando conveniant [25].

---

19. Cfr Canones Apostolorum, 8 et 9 ; Syn. Antiochena, an. 341, can. 2 ; Timotheus Alexandrinus, interrogat. 3 ; Innocentius III, Const. *Quia divinae,* 4 ian. 1215 ; et plurimae Synodi particulares Ecclesiarum Orientalium recentiores.

20. Salva territorialitate iurisdictionis, canon providere intendit, in bonum animarum, pluralitati iurisdictionis in eodem territorio.

21. Cfr Syn. Nicaena I, can. 18 ; Syn. Neocaesarien., an. 314/325, can. 12 ; Syn. Sardicen., an. 343, can. 8 ; S. Leo M., Litt. *Omnium quidem,* 13 ian. 444 ; Syn. Chalcedonen., can. 6 ; Syn. Constantinopolitana IV, can. 23, 26 ; etc.

22. Subdiaconatus consideratur apud Ecclesias Orientales plures Ordo minor, sed Motu proprio Pii XII, *Cleri sanctitati,* ei praescribuntur obligationes Ordinum maiorum. Canon proponit ut redeatur ad disciplinam antiquam singularum Ecclesiarum quoad obligationes subdiaconorum, in derogationem iuris communis « *Cleri sanctitati* ».

jour de fête[18]. Il est vivement recommandé aux fidèles de recevoir la Sainte Eucharistie ces jours-là, plus souvent encore, et même chaque jour[19].

16. Etant donné que la vie quotidienne mélange les fidèles de diverses Eglises particulières dans une même région ou territoire oriental, la faculté de recevoir les confessions, donnée selon le droit et sans aucune restriction aux prêtres de quelque rite que ce soit par leur propre hiérarque, s'étend à tout le territoire de l'autorité qui a donné la faculté. Elle s'étend aussi aux lieux et aux fidèles de quelque rite que ce soit, dans le même territoire, à moins qu'un hiérarque du lieu pour les lieux de son propre rite ne l'ait expressément refusé[20].

17. En vue de remettre en vigueur l'ancienne discipline du sacrement de l'Ordre dans les Eglises Orientales, ce Saint Concile souhaite que l'institution du diaconat permanent soit rétablie, là où elle serait tombée en désuétude[21]. Pour ce qui est du sous-diaconat et des Ordres inférieurs ainsi que des droits et obligations y afférents, l'Autorité législative de chacune des Eglises particulières en décidera[22].

18. En vue d'éviter que les mariages ne soient invalides, lorsque des catholiques orientaux contractent mariage avec des baptisés orientaux non catholiques, et en vue d'assurer la solidité et la sainteté des unions aussi bien que la paix des foyers, le Saint Concile a fixé que la forme canonique de la célébration de ces mariages oblige seulement pour la licéité ; et que pour la validité la présence d'un ministre sacré est suffisante, restant sauves les autres prescriptions du droit[23].

DU CULTE DIVIN

19. Il appartient au seul Concile Oecuménique ou au Siège Apostolique d'établir pour l'avenir, de transférer ou de supprimer les jours de fête communs à toutes les Eglises Orientales. Quant aux fêtes de chaque Eglise particulière, les établir, transférer ou supprimer incombe, à côté du Siège Apostolique, aux Synodes patriarcaux ou archiépiscopaux, mais en tenant compte de toute la région et des autres Eglises particulières[24].

20. En attendant que l'on soit parvenu à l'accord souhaité entre tous les chrétiens sur un seul et même jour de célébration par tous de la fête de Pâques, en vue de l'unité entre les chrétiens qui habitent la même région ou nation il est demandé aux Patriarches ou aux Autorités Suprêmes locales de prendre un accord en vue de célébrer la fête de Pâques le même dimanche, à condition que tous les intéressés aient été consultés et qu'ils aient donné leur consentement de façon unanime[25].

---

23. Cfr Pius XII, Motu proprio *Crebrae allatae,* 22 febr. 1949, can. 32, § 2, n. 5° (facultas patriarcharum dispensandi a forma) ; Pius XII, Motu proprio *Cleri sanctitati,* 2 iun. 1957, can. 267 (facultas patriarcharum sanandi in radice) ; S. C. S. Offici et S. C. pro Eccl. Orient., an. 1957 concedunt facultatem dispensandi a forma et sanandi ob defectum formae (ad quinquennium) : « extra patriarchatus, Metropolitis, ceterisque Ordinariis locorum... qui nullum habent Superiorem infra Sanctam Sedem ».

24. Cfr S. Leo M., Litt. *Quod saepissime,* 15 apr. 454 : « Petitionem autem » ; S. Nicephorus CP., cap. 13 ; Syn. Sergii Patriarchae, 18 sept. 1596, can. 17 ; Pius VI, Litt. Ap. *Assueto paterne,* 8 apr. 1775 ; etc.

25. Cfr Syn. Vaticana II, Const. *De Sacra Liturgia,* 4 dec. 1963.

21. Singuli fideles extra regionem vel territorium proprii ritus versantes, quoad legem de temporibus sacris, ad disciplinam in loco ubi degunt vigentem se plene conformare possunt. In familiis mixti ritus hanc legem servare licet iuxta unum eundemque ritum [26].

22. Clerici et religiosi orientales celebrent iuxta propriae disciplinae praescripta et traditiones Laudes Divinas, quae inde ab antiqua aetate magno in honore fuerunt apud omnes Ecclesias Orientales [27]. Fideles quoque, exempla maiorum secuti, in Divinas Laudes pro viribus et devote incumbant.

23. Ad Patriarcham cum Synodo vel ad Supremam cuiusque Ecclesiae Auctoritatem cum Consilio hierarcharum, ius pertinet moderandi usum linguarum in sacris actionibus liturgicis nec non, facta relatione ad Sedem Apostolicam, probandi versiones textuum in linguam vernaculam [28].

DE CONVERSATIONE CUM FRATRIBUS ECCLESIARUM SEIUNCTARUM

24. Ad Ecclesias Orientales, communionem cum Sede Apostolica Romana habentes, peculiare pertinet munus omnium christianorum unitatem, orientalium praesertim, fovendi, iuxta principia decreti huius S. Synodi « De Oecumenismo », precibus imprimis, vitae exemplis, religiosa erga antiquas traditiones orientales fidelitate, mutua et meliore cognitione, collaboratione ac fraterna rerum animorumque aestimatione [29].

25. Ab Orientalibus seiunctis, in unitatem catholicam sub influxu gratiae Sancti Spiritus convenientibus, ne plus exigatur quam quod simplex fidei catholicae professio exigit. Et cum apud eos sacerdotium validum servatum sit, clericis orientalibus, in unitatem catholicam convenientibus, facultas est proprium Ordinem exercendi, iuxta normas a competenti Auctoritate statutas [30].

26. Communicatio in sacris, quae unitatem Ecclesiae offendit aut formalem errori adhaesionem vel periculum aberrationis in fide, scandali et indifferentismi includit, lege divina prohibetur [31]. Praxis vero pastoralis demonstrat, ad fratres orientales quod spectat, varia considerari posse et debere singularum personarum adiuncta, in quibus nec unitas Ecclesiae laeditur, nec pericula vitanda adsunt, sed necessitas salutis et bonum spirituale animarum urgent. Ideo Ecclesia catholica, pro temporum, locorum et personarum adiunctis, mitiorem saepe adhibuit et adhibet rationem agendi, salutis media et testimonium caritatis inter christianos omnibus praebens, per participationem in sacramentis aliisque in functionibus et rebus

---

26. Cfr Clemens VIII, Instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595, § 6 : « Si ipsi graeci » ; S. C. S. Officii, 7 iun. 1673, ad 1 et 3 ; 13 mart. 1727, ad 1 ; S. C. de Prop. Fide, Decret. 18 aug. 1913, art. 33 ; Decret. 14 aug. 1914, art. 27 ; Decret. 27 mart. 1916, art. 14 ; S. C. pro Eccl. Orient., Decret. 1 mart. 1929, art. 36 ; Decret. 4 maii 1930, art. 41.

27. Cfr Syn. Laodicen., 347/381, can. 18 ; Syn. Mar Issaci Chaldaeorum, an. 410, can. 15 ; S. Nerses Glaien. Armenorum, an. 1166 ; Innocentius IV, Ep. *Sub catholicae*, 6 mart. 1254, § 8 ; Benedictus XIV, Const. *Etsi pastoralis*, 26 maii **1742, § 7, n. 5 ; Inst. *Eo quamvis tempore*, 4 mnii 1745 ; §§ 42 ss ; et Synodi**

21. Tout fidèle qui se trouve hors de la région ou territoire de son propre rite peut, en ce qui concerne la loi des temps sacrés, se conformer pleinement à la discipline en vigueur dans le lieu où il vit. Dans les familles de rite mixte on peut suivre cette loi selon un seul et même rite [26].

22. Les clercs et religieux orientaux célébreront, selon les prescriptions et traditions de leur discipline propre les Louanges Divines, qui ont été en grand honneur depuis les temps anciens dans toutes les Eglises Orientales [27]. Les fidèles, eux aussi, suivant l'exemple des ancêtres, participeront aux Divines Louanges selon leurs possibilités et avec dévotion.

23. Au Patriarche avec son Synode ou à la Suprême Autorité de chaque Eglise avec le Conseil des hiérarques, appartient le droit de régler l'emploi des langues dans les cérémonies liturgiques, et aussi, après rapport fait au Siège Apostolique, d'approuver les versions des textes en langue vernaculaire.

DES RELATIONS AVEC LES FRERES DES EGLISES SEPAREES

24. Aux Eglises Orientales en communion avec le Siège Apostolique de Rome, appartient de façon particulière la tâche de favoriser l'unité de tous les chrétiens, et spécialement, des chrétiens orientaux, selon les principes du décret de ce Saint Concile « De l'Oecuménisme », et d'abord par la prière, par l'exemple de leur vie, par leur religieuse fidélité aux antiques traditions orientales, par la meilleure connaissance mutuelle les uns des autres, par la collaboration et l'estime fraternelle des choses et des hommes [29].

25. Les Orientaux séparés, qui viennent à l'unité catholique sous l'action de la grâce du Saint-Esprit, ne seront pas soumis à plus d'exigences que n'en exige la simple profession de la foi catholique. Et puisque chez eux le sacerdoce a été maintenu valide, les clercs orientaux qui viennent à l'unité catholique ont la faculté d'exercer leur Ordre, selon les normes établies par l'Autorité compétente [30].

26. La participation aux sacrements, qui offense l'unité de l'Eglise et inclut l'adhésion formelle à l'erreur ou le danger d'aberration dans la foi, de scandale et d'indifférentisme, est interdite par la loi divine [31]. La pratique pastorale montre, cependant, en ce qui concerne les frères orientaux que l'on pourrait et devrait considérer les multiples circonstances relatives à chacune des personnes, circonstances dans lesquelles ni l'unité de l'Eglise ne se trouve blessée, ni les périls à éviter ne se présentent, mais dans lesquelles au contraire la nécessité du salut et le bien spirituel des âmes constituent un besoin urgent. C'est pourquoi l'Eglise catholique, en raison des circonstances de temps, de lieux et de personnes, a souvent adopté et adopte une manière d'agir plus douce, offrant à tous les moyens de salut et présentant le témoignage de la charité entre les chrétiens, par la participation aux sacrements et aux autres célébrations et choses

---

particulares recentiores : Armenorum (1911), Coptorum (1898), Maronitarum (1736), Rumenorum (1872), Ruthenorum (1891), Syrorum (1888).

28. Ex traditione orientali.

29. Ex tenore Bullarum unionis singularum Ecclesiarum orientalium catholicarum.

30. Obligatio synodalis quoad fratres seiunctos orientales et quoad omnes Ordines cuiuscumque gradus tum iuris divini tum ecclesiastici.

31. Haec doctrina valet etiam in Ecclesiis seiunctis.

sacris. His attentis, Sancta Synodus, « ne impedimento propter sententiae severitatem simus iis qui salvantur »[32] et ad magis magisque fovendam unionem cum Ecclesiis Orientalibus a nobis seiunctis, sequentem agendi rationem statuit.

27. Positis memoratis principiis, Orientalibus, qui bona fide seiuncti inveniuntur ab Ecclesia catholica, si sponte petant et rite sint dispositi, sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae et Unctionis Infirmorum conferri possunt ; imo, etiam catholicis eadem sacramenta licet petere ab iis ministris acatholicis, in quorum Ecclesia habentur valida sacramenta, quotiescumque id necessitas aut vera spiritualis utilitas suadeat, et accessus ad sacerdotem catholicum physice vel moraliter impossibilis evadat[33].

28. Item, positis iisdem principiis, communicatio in sacris functionibus, rebus et locis inter catholicos et fratres seiunctos orientales iusta de causa permittitur.

29. Haec mitior communicationis in sacris cum fratribus Ecclesiarum Orientalium seiunctarum ratio vigilantiae et moderamini hierarcharum locorum committitur, ut, collatis inter se consiliis, et, si casus ferat, auditis etiam hierarchis Ecclesiarum seiunctarum, opportunis efficacibusque praeceptis et normis christianorum moderentur conversationem.

CONCLUSIO

30. Magnopere laetatur Sancta Synodus de fructuosa et actuosa collaboratione Orientalium et Occidentalium Ecclesiarum Catholicarum, simulque declarat : hae omnes iuris dispositiones pro praesentibus conditionibus statuuntur, usquedum Ecclesia catholica et Ecclesiae Orientales seiunctae ad plenitudinem communionis convenient.

Interim tamen omnes christiani, Orientales nec non Occidentales, enixe rogantur, ut ferventes atque assiduas, imo quotidianas preces Deo fundant ut, Sanctissima Deipara auxiliante, omnes unum fiant. Orent quoque ut tot christianis cuiuscumque Ecclesiae, qui, strenue profitentes Christi nomen, patiuntur et angustiantur, Spiritus Sancti Paraclyti adfluat plenitudo confortationis et solatii.

Omnes caritate fraternitatis invicem diligamus, honore invicem praevenientes (*Rom* 12, 19).

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto edicta sunt, placuerunt Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum, die XXI mensis Novembris anno MCMLXIV.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus.

---

32. S. Basilius M., *Epistula canonica ad Amphilochium, PG, 32,* 669 B.

33. Fundamentum mitigationis consideratur : 1) validitas sacramentorum ; 2) bona fides et dispositio ; 3) necessitas salutis aeternae ; 4) absentia sacerdotis proprii ; 5) exclusio periculorum vitandorum et formalis adhaesionis errori.

34. Agitur de s. d. « communicatione in sacris extrasacramentali ». Concilium est quod mitigationem concedit, servatis servandis.

sacrées. En cette considération, le Saint Concile, « afin que nous ne soyons pas un obstacle par la sévérité d'une sentence envers ceux qui sont sauvés »[32], en vue de favoriser toujours davantage l'union avec les Eglises Orientales séparées de nous, a fixé la manière d'agir suivante.

27. Les principes rappelés ci-dessus restant posés, aux Orientaux qui, en toute bonne foi, se trouvent être séparés de l'Eglise catholique peuvent être donnés, s'ils les demandent d'eux-mêmes et s'ils sont convenablement disposés, les Sacrements de la Pénitence, de l'Eucharistie et de l'Onction des malades ; en outre, les catholiques, eux aussi, peuvent demander ces mêmes sacrements aux ministres non catholiques, dans l'Eglise de qui les sacrements sont valides, chaque fois que la nécessité ou une véritable utilité spirituelle le demande, et que l'accès à un prêtre catholique s'avère matériellement ou moralement impossible[33].

28. De même, les principes identiques restant posés, la participation aux cérémonies ou choses sacrées, l'usage des lieux sacrés sont permis entre orientaux catholiques et frères séparés pour une juste raison[34].

29. Cette pratique tempérée de la participation aux choses sacrées en commun avec les frères des Eglises Orientales séparées est confiée à la vigilance et à la direction des hiérarques du lieu, afin qu'ils règlent les relations entre chrétiens par des prescriptions et des normes adaptées et efficaces, après s'être consultés entre eux, et, si le cas se présente, après avoir entendu même les hiérarques des Eglises séparées.

CONCLUSION

30. Le Saint Concile se réjouit beaucoup de la collaboration fructueuse et active qui existe entre les Eglises Catholiques Orientales et Occidentales et il déclare en même temps ce qui suit : toutes ces dispositions juridiques sont établies pour les conditions actuelles jusqu'à ce que l'Eglise catholique et les Eglises Orientales séparées parviennent à la plénitude de la communion.

Entre-temps tous les chrétiens, Orientaux aussi bien qu'Occidentaux, sont invités de façon instante à offrir à Dieu des prières ferventes et fréquentes, et même à prier chaque jour, pour que, par l'intercession de la Très Sainte Mère de Dieu, tous soient un. Qu'ils demandent que la plénitude du réconfort et de la consolation de l'Esprit Saint Paraclet descende en tant de chrétiens de chacune des Eglises qui confessent avec force le nom du Christ et, pour cela, souffrent et sont inquiétés.

Aimons-nous tous les uns les autres d'un amour fraternel ; ayons des égards mutuels (*Rom.* 12, 10).

Tout l'ensemble et chacun des points qui ont été édictés dans ce Décret, ont plu aux Pères. Et Nous, par le pouvoir Apostolique qui Nous a été confié par le Christ, en union avec les Vénérables Pères, dans le Saint-Esprit Nous approuvons, décrétons et décidons ces décrets et Nous ordonnons de promulguer pour la gloire de Dieu ce qui a été ainsi décidé conciliairement.

Rome, près Saint-Pierre, le 21 novembre 1964.
Moi, PAUL, Evêque de l'Eglise Catholique.